

Presbyteri^d interfecti^d solvantur episcopo, ad cuius parrochiam pertinent, secundum reverentissimos canones spiritu dei conditos et totius mundi reverentia consecratos.

Que autem sit summa persolutionis, ita in regum nostrorum legibus, que capitularia dicuntur, promulgatum est: Qui⁵ subdiaconum occiderit, CCC solidos componat, qui diaconum, CCCC, qui presbiterum, DC, qui episcopum, DCCCC, qui monachum, CCCC culpabilis iudicetur.

His modis ministrorum dei neces retractantur^e. Que autem misericordia huic latori episcopi^f cum^f sit inpendenda, vestre prudentie⁶ committimus, que eius mores et qualitatem facti velut vicinus^g melius indagare potestis.

d-d) Presbyteris interfectis Hs. e) retractar Hs. f-f) *unverständliche Stelle: ob epistolarum statt episcopi cum (hier gekürzt: ēpi cū) gemeint war?* g) vicinis Hs.

5) Von Qui bis iudicetur (Z. 7) Übernahme von Benedictus Levita I 261 (MGH LL 2, 2 S. 60).

6) Der Adressat des Briefgutachtens ist nicht bekannt. Vgl. auch oben S. 499 f.